

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalmvs XCVII. Dominus regnauit, exultet terra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

- 11 Cæli lætitia per celebri sonent,  
Omnis terra quibus gestat accinens;  
Vastumque intonet æquor,  
Quidquidque hoc replet, affonet.  
12 Exultent saturi & quidquid habent agri,  
Tunc siluis recinant omnibus arbores  
13 I A S cùm veniet, cùm  
Terræ aduenerit arbiter;  
Orbem iustitia qui reget integra,  
Et certa populos conueniet fide:  
Namque est ipse fideli  
Verax numine maximus.

## PSALMVS XCVII.

Dominus regnauit, exultet terra.

VERITATIS DIVINAE COM-  
MEMORATIO.*Carmen Dieolon Distrophon.*

- 1 R Ege I A exultet tellus, agat insula festos  
Plurima lata dies.  
2 Cui circum densa est nubes, ius fulsit & æquum,  
Iustitia huic solium.  
3 Hunc rapidus properansque suos flammare prementes  
Anteit ignis edax.  
4 Fulgura præstringunt orbem, tellusque laborans  
Fulgura clara videt.  
5 Terra omnis D O M I N V M ante I A M motesque  
Cera velutique, fluunt. (liquefcunt,  
6 Iustitiam cuius cæli ostendere; videntque  
Cuncti etiam populi.  
7 Amplificum numen, puduitque dolata colentes,  
Quique D E O S nihil  
Iactant: huic omnes se proflcientque trementes,  
Et quoque dij suberant.  
8 I A S læta Sion, Iudæ ac tua iura pueræ  
Audierint alactes.  
9 I A S namque omnis te dicet terra supernum,  
Te Dominumque suum.  
Qui & premis immenso prælatus numine cunctos  
Magna potensque Deos.  
10 Vos quibus est studium, magni quibus est amor I A E,  
Feruidi & usque pi

Fastidite

- Fastidite malum; vitas animasque plorans  
 Ille tuctur amans;  
 Improba ne lacerat manus hos ille eruit, a vi  
 Liberat ille mala.  
 21 Lux seritur iustis; & quies rectissima corda,  
 His fata latitia est.  
 22 Sancti IAE mentores laudum gaudete p[ro]ij, qui  
 Iustitiam colitis.

## PSALM. XCVIII.

Cantate Domino canticum nouum, quia  
 mirabilia fecit.

DIVINORVM PROMISSORVM CON-  
STANTIA ET VERITAS.

I  
 Psalms.

## Carmen Tricolon Tetrastrophenos.

- IAE mirifico vos noua carinina  
 Auctori celebri dicite, dexteræ  
 Cuius certa salutis  
 Sancta & vis quoque brachij.  
 2 IAE diuina salus cognita constitit,  
 Præfens iustitia est ante oculos patens,  
 Visa & gentibus, illam  
 Quies ipse exposuit bonus.  
 3 Verax namque, boni ac propositi memor,  
 Auxit pollicitis Israëlis donum;  
 Terræ ac finibus omnis  
 Nostri est visa salus D E I.  
 4 I AM terra alactis tota sonans, strepens,  
 Exclamans & ouans psallite, psallite  
 5 IAE, nec citharæ vox  
 Absit, nec citharis fides.  
 6 Voci mixta crepans sit tuba cornuum:  
 I AM regem alacres præciniare, intonet  
 7 Fœcundum mare montris,  
 Orbisque, orbis & incolæ.  
 8 Et palmas feriant flumina; inmontium  
 Idein sit studium, vox & quantum  
 9 Ante I AM; veniet cum is  
 Terram vt indicet arbiter.

Obi